

Liber

VI

et humana moralitas. Quarto quod aurum significat dilectionem, thus odor, mirra carnis mortificationem, que tria offerre deo debemus. Secunda apparitio fuit eadem die in baptismo, multis in annis revoluitis, scilicet, die tricesimo vel tricesimo prima anni. Unde lucas Et tunc ibi erat incipiens quasi annorum, xxx. Et tunc hec apparitio dicitur in ephraim, a theodosio quod est deus, et phanos quod est apparitio, quod ubi sola trinitas apparuit, patet in voce, filius in carne, spiritus sanctus in coluba. Quibus autem heretici dixerunt solum in die epiphaniæ baptisari debere pro eo quod fuit christus fuit baptisatus, nec dari spiritum sanctum baptisato in alio die. Et greci eadem die baptisati sunt. De qua heresim extirpanda sancti patres decreverunt neminem nisi in articulo necessitatis eadem die baptisare debere. Tercia apparitio fuit postea sicut eodem die anno revoluto, cum esset, xxx. annorum, et, xiiij. dierum, scilicet, qui manifestavit se esse deum primis diebus aquam in vinum quod fuit in primis miraculum apertum, quod deus fecit in chana galilee, vel simpliciter primum quod fecit. Et hec apparitio dicitur in ephraim a beatus quod est domus, et phanos quod est apparitio, quod ista apparitio facta fuit in domo in nuptiis. De his tribus apparitionibus fit sollemnitas in hac die. Sed quia ecclesia non potest profectum de omnibus una et eadem die sollemnizare, ideo de stella plene exequitur, et de alijs aliquid admiscet, ut notet quod tres fuerunt in illa die apparitiones que leguntur in evangelio tanquam sub die eadem facte. De primo miraculo hodie ferre totum cantat officium, quod in ea specialiter natiuitas domini gentibus est notificata. De secundo duo rursus tria cantat, scilicet, primum. Hodie in iordane. Et in colube specie, quod a pluribus ecclesijs ponitur nomen, et ideo primum et nomen, quod baptisma est primum sacramentum in re de peccatis, pro quod reformamur et sicut angelus efficitur quorum sunt noue ordines. Bruno autem lineum.

episcopus corrector officii antiphonarij dixit quod in rursorio, in colube specie, et in antiphona, vox de celo, que dicitur in octava ad laudes, non debet esse verbum istud, ipsum audite, quod in baptismo non fuit hoc dictum a patre, sed in trasfiguratioe, et que agunt festum trasfiguratiois cantat rursorium in quod illud princeps, quod dicitur, Ego sum testis, quod hic est ille que promissus est in lege, deus, xiiij. vbi dixit moyses. Propheetam de gente tua et de fratribus tuis suscitabit tibi deus ipsum audies etc. Qui autem verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit ego videro christum. De tercio vero miraculo cum alijs cantat una antiphona, scilicet, miraculis. Hec etiam dicitur in commento super lucam quarta apparitio facta fuisse eadem die anno revoluto cuius esset, xxxi. annorum, scilicet, in fractioe quingz panum et saturatioe quingz milium hominum, et illa dicitur in ephraim a phagan quod est bucca siue comedere. Sed de hac nil hodie agit. Intererea dubitatur vix hoc contigerit ista die, cum quod in origina libere non sic legitur, cum quod iob, vi, vbi de hoc miraculo agit dicitur. Erat autem primum pascha etc. Ideo autem institutum fuit hac die festum de tribus miraculis, quod hec dies fuit antiquitus celebris in honore augusti cesaris propter triplicem triumphum que suo tempore romano impio tres regiones subiugavit, scilicet, parthiam, egiptum, et mediam. Illa ergo celebratio ecclesie in melius commutavit videlicet ad celebrandum christo propter triplicem miraculo. In quibusdam ecclesijs non dicitur hac die ad nocturnos. Domine la, in ea aperies, nec deus in adiutorium, nec gloria patri, nec himnus, ad notandum promptitudinem genium que statim stella apparere venerunt, ex arripio ergo ad nocturnos venitur quasi ipso facto dicat ecclesia, quibus non est narratum de eo veniebant et qui non audierunt contemplari